



ORATIONES REVEREN
 DI PATRIS DOMINI
 ERASMI VITELLII EPI
 SCOPI PLOCENSIS. Inui
 ctissimi & uictoriosissimi Regis
 Poloniae Sigismundi ad san
 ctam sedem Apostolicam &
 sacram Imperialē maestatem
 oratoris. Habite p̄ eum
 in facto generalis ex
 peditionis contra
 turchos. Vna ro
 me coram Leo
 ne Papa. X.
 Altera Au
 gustę co
 ram Ma
 ximi
 liano cesare. Anno.
 Domini. M. D.
 .XVIII.



Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Aloylio sacrosancte Roma. ecclesie Cardinali de Aragonia dignissimo Iheronimus Guidanus sanctissimi Domini nostri. Pape Cubicularius & continuus comensalis Salutem & obsequium Habui hisce diebus plures litteras & nuntios Illustrissimae principis Dominae Isabelle ducisse Mediolani dominae meae singularissimae Cuius res in ista curia ago. Quibus merquisiuit: & iterum atque iterum hortata est. ut orationes Reuerendi patris domini Erasmi plocensis antistitis Serenissimi Regis Poloniae oratoris. quas hic pridie coram Sanctissimo domino nostro. totoque collegio Cardinalium. & iapride coram caesarea maiestatem in conuentu Imperiali Auguste. docte admodum. & cum omnium summa commendatione habuit. suae Illustrissimae. D. transmittere curae. cuius uotis (ut soleo) satisfacere cupiens. dum perquirerem utraque habui eam quae hic dicta est ab uno qui a secretis est pontificis. singulari elegantia. & sententiarum grauitate refertam. quae ita sibi inuicem connectunt. ut in ea breuitate maxima quaeque & inuicem ueritatis sit complexus. & quam tu ac patres alii senatus illius primatum tenentes magnis laudibus extollitis. Aliam uero quae coram Caesare habita est. unus ex Reuerendissimis dominis Cardinalibus dono dedit. & hac profecto parem meretur laudem. ambas incudi iussi. dum altera Augustae impreta plures litteras neglectas syllabas trasuersas. & uerba obmissa calcographi imperitia habuisset. Quas sic collectas & reuistas Illustrissime Dne meae duci quamprimum mittere curabo. utque in lucem sub umbra & auspicio tuae Reuerendissime paternitatis prodeant effeci. Quae pro affinitatis debito regis illius & Reginae se obseruantissimum semper ingenue profiteretur. Vale.

ORATIO ROMÆ HABITA PER REVE
 RENDVM PATREM. D. ERAS-
 MVM EPISCOPVM PLOCENSEM
 CORAM LEONE. X. Pon. Max. &
 toto collegio Cardinalium: xxvi.
 nouēbris Anno Domini.
 M. D. xviii.



PELIX ET PACIFICUS pontificatus is-
 tuus Beatissime pater: ad quietem
 & tranquillitatem exemplo ipso cūctis
 ēt silentibus christianos inuitans / dei
 optimi nutu (qui Isaya teste princeps
 pacis est) effecit: ut Regna omnia: pro-
 uincię: potentatus. & uniuersum Christianum Imperi-
 um: te suadente: te ueri pastoris officio procurante: pacē
 tot seculis optatam sit complexum. Pacem nunciabant
 angeli nato saluatore: Pax christianis redditur sancte &
 imaculate electo Leone solo pacis omine xp̄us suos salu-
 tabat & transiēs ad patrē unicū pacis donū charissimis
 reliqt discipulis. Q d nihil sine ea tutū in terris: nihil p̄-
 ter hanc diis gratū: aut lucundū hominibus esse possit:
 ¶ Pugnatum est nuper passim inter oēs fere xp̄ianos
 cruentissimis bellorū insultibus: & plurimæ Regiones
 nephandis exagitatę discordiis martē iplum spirabant:
 sine modo ullo: sine ordine (& ut spes erat) multorū si-
 ne fine: Nisi Leo de tribu iuda expectatū remediū attu-
 lisset: omnia tunc xp̄iano sanguine cōmaduerant. Qui

bus malis cum summa prudentū detestatione magnā
prebuit occasiōē pontificū auctoritas: ut unus ex duci-
bus regni nostri primariis: dum tot cedes in Italia com-
missę indies ad nos perferrentur: ubi plura centena xp̄ia-
norum millia desiderata sunt: suspiria ab ymo ducēs pe-
ctore: compatiens admodū dixerit. Ita ne per pontifices
pascūtur oues xp̄i? & rite quidē. Cnm in sanguinaria ēt
lege Moyli: uetuit olim dominus ullo sanguine pollui
deoditatum sacerdocium. Parum profecto efficere aut
prodesse pōt uocare alios in thureas: si domi cupiditati-
bus locus est. si cum xp̄ianis grauissimo prouinciarū in-
cēdio decertatur: ut priuatis affectibus pro suorū deside-
rio satisfiat: Hoc inquā unicū fuit pater sancte qđ princi-
pū mentes hucusq; distrahebat: ut ne minimā qđē spē
cōcipere & nullam prorsus fidē his adhibere poterāt: qđ
expeditionē canebant generalē: Habent xp̄iani uires: ha-
bent ingeniū & artes uarias: ad bella infidelibus foelici-
ter inferenda: habēt potentiā nō contēnēdā: quod mul-
ta preclara gesta catholicorum regum demonstrant: ca-
put (ut cū uenia loqui libeat) tanto iam tpe habere non
uidentur: dum priuatis quisq; inittitur: publicis oblitis
aut neglectis: Gessisti & tu bellū in minoribus Iulii san-
ctissimi uices tenens: & quę ad molē tantā attineant no-
sti. Captiuitatē simul nō abs re expertus: ut xp̄i fidelibus
qui per thurchas impios cathenati detinentur iuste cō-
miserari scias & possis. Et qui te per ignē & aquā transi-
re uoluit: in refrigeriū tandē: ut ligares ceteros ac solue-
res induxit. Et ne sceleratis infidelium manibus ligētur

oues Christi tua opera arcendum casu illo premonuit.
 ¶ Iam oē hoīum genus in toto pene orbe terrarū thur-
 ci tyrānidem expertum est. cuius potētia nobis tumul-
 tuantibus sic hisce annis aucta phibetur: ut cētenas nūc
 suas numeret puincias: & urbes eius primariae millena-
 rium excedant: rediit bizātiū uictor ex siria ad finē iulii
 magno cum triūpho: rebus illic suis bene firmatis: quē-
 admodū milites nri peregrini fatentur: qui pridie ex par-
 tibus illis reuersi sunt: Audiuit xpianorū preparationem
 quā ipse (ut aiunt) pro ridiculo reputat: sepius ad eos &
 alios huius generis dicere solitus: ubi est cruciata ue-
stra? Vbi Papa cum Cesare & regibus? Adiciens insu-
 per ad maiorē ignominiā nostrā: si ipsi tātū uenire diffe-
runt: ego singulos uisitare nō negligam: quod iā in hun-
 gariā: dalmaciā. & Croaciā: regnis re ipsa ut est pollici-
 tus exequitur: dum mense hoc preterito ferro: sanguine:
 & incendiis multum debachatus sit: ut sacra Imperialis
 maiestas omnia hęc litteris suis ad me datis abunde de-
 scribit: q̄ etiā priuatim sanctitatē tuę explicabūtur ple-
 nius: breui horrenda se patraturum minatur: Et procul
 dubio nisi expgiscamur faciet: nōne & hic ī portu Ostię
 & rathanati: effectus promisse uisitationis suę apparere
 incipiunt? Et uelonam sub eo tēpote plus solito mu-
 nire studet? Interioribus ē palaciis tanquā pro Cesaris
residencia exornatis: & quadringentis ab extra domibus
pro Curiaē suę cōseruatione extractis Reuera ista extra
 iocum sunt: Fortis & sapiēs David iter tot erumnas ad
te clamat: qui regis israel intēde: excita potentiā tuam

ut saluos facias quos inimici subsanarunt: strenuo etiam
actu suo comendatissimum propositum tuę sanctitatis confirmas
qui quantum patriam & republicam adhuc in ephebis ama-
uerit: congressus ille cum philisteo immanissimo: amicis di-
suadentibus: & deterrentibus testatur: huius tu sanctorum
etiam patrum uestigia: & Leonis pacifici naturam imita-
tus: pristinum glorię splendorē obnubilare metuēs: ere-
xisti animos principum: & uexillo pacis in locum fundę
prolato (dum cuique hosti facillimum fuit dissidentes uin-
cere) ex inimicis unanimes efficere curasti: ut sic tumētem
beluam comuni omnium manu ad interitum usque ferias: Partitur
leo predam ceteris animantibus: & in hominem prostra-
tum pacem gestantem feritate non leuit. Tu itidem saluti-
fero rugitu christianis omnibus nunciasti: ut se futurae pre-
dę accingant: quos continue paternis hortamentis ad eum
finem animare non desistis: multis nocere uolentibus: qui
ueniam peccati sunt parcis: quo mentes omnium deuinxisti: quod
enim amabilius est miti ac benigno principe? quod ad po-
pulorum tutelam magis opportunum? ¶ Sensit pacificam
& salutarem hanc uocem tuam: prudentissimasque exhor-
tationes serenissimus Rex noster quem nunciis ac litte-
ris plurimis ad pacem eadem quinquennialē: & expeditionem
propositam sepius accersisti: Laudat in primis sanctam &
summe necessariam curam eius ac diligentiam: tantumque
institutum: & agit gratias deo maximo qui hanc tuę san-
ctitati mentem inspirare dignatus est: pro uindicanda salute
& felicitate ueteri neminis christiani. adeo nunc: ut nunquam
alias magis: in euidētissimo periculo ad ruinam consti-

tuti. Cuius maiestas quia assiduum cum infidelibus bel-
 lum sustinet: nihil magis ex animo desideravit: q̄ hoc
 faustissimum tempus futurum: ut oēs principes xp̄iani:
 uno eodemq̄ consensu: & iunctis simul uiribus: ad redi-
 mendum sic periculi antem reipublice xp̄iane bonū sta-
 tum aliquando consurgerent: hinc est qd̄ iam pridē ad il-
 lum tam celebrem: Imperialem Conuentū Augustenā
 Oratores suos mittere curauerit: ubi materia eadē una
 cum legatis dignissimis sanctitatis tuæ: & toto statu Im-
 perii: ac regum aliorq̄ nunciis: mature tractabatur: nihil
 enim negligere uellet rex noster: p̄ debito optimi prin-
 cipis: quæ ad rem hanc fauste & uigilantissime prosequē-
 dam: ex quacumq̄ cōmoditate attinere credit: proposita
 sunt illie multa ad cōmune & publicum bonū spectan-
 tia: & plura discussa ac conclusa: neq̄ poterint nisi opti-
 mū effectus subsequi: ex his quæ concordibus animis:
 in noīe dñi: & tuo ac Maximiliani auspicio cepta sunt:
 Placent maiestati regie modi omnes de colligenda pe-
 cūia: & exercitu scribēdo: quos sanctitas tua recto ordi-
 ne constituit: quibus in conuentu regni proximo cum
 Consiliariis & tota nobilitate sua p̄satis: & ubi oppor-
 tunum uidebitur moderatis: ac etiam differentiis cū mo-
 sko ad tempus sublatis aut compositis: dum alii xp̄iani
 reges ad ipsam expeditionē parati fuerint: eandem alacri
 animo regē suscepturæ: & munus suum ita obire uelle:
 ut nemini xp̄iano principi debeat esse posterior: mō salu-
 ti publice post tot iam prefationes: factis succurratur: p̄
 qua (ut uerbis utar regiis.) & uires omnes: & sanguis

regula
ipm cum uita parata est effundere. ¶ Coluerunt prisca
Aquilam q̄ altissime uolitans quādā haberet cum deo
uicinitatem: Iouis ē. ales dicta: atq; ideo uenerādā esse
mortalibus Thebani predicabāt: tu qui ne dum uiuen-
tis dei in terris uices geris: sed ipsum deū hoībus repre-
sentas: merito Aquilam. & pullā quē est Cesaris: & can-
didam Regis nostri: sic diuinitati tuę uicinas & coniu-
ctas: utranq; clementia & benignitate paterna cōplecti
debes: si actionem in thurcas prosperari cupis: amborū
enim una est mens: unus animus & una fides perhēnis:
Et ne rem tantam: tamq; necessariam: & bene iniciatam
tepidius agat tua sanctitas: aut defatigata utcunq; inter-
mittat: hortantur: & filiali affectu cōmonefaciunt: ac per
sacramenta religionis nostrę obtestantur & obsecrant.
¶ Ut sic uerus xp̄i successor: eiusq; ouilis fidus custos re-
putari & credi possis: qui sacratissimo pprii oris eloq;
uicarioꝝ suorum libratis meritis: Bonitatem cuiusq; uni-
ta hac cura gregis commissi metitur & examinat: bo-
nus (inquit) pastor aīam suam ponit pro ouibus suis.

PAPAE RESPONSVM.

¶ Ad quę sanctissimus dominus noster multum beni-
gne respondit: laudans deuotionē: & singularē obseruā-
tiam illius Inuictissimi regis ad hanc sanctam sedem: &
presertim nunc in expeditione ipsa cōmuni: pro qua sua
Maiestas exactissimā facit diligentia: & in conuentu illo
generali Impii: satisfaciēdo xp̄iani regis officio: indefessa
aī sui

inimi sui magnitudine: dū assiduū cum infidelibus bel-
 lum gerat sollicite institit: ut celerior fieret deliberatorū
 executio: promittens sua sanctitas ceptam operā suam
 cōtinuare uelle in excitandis aīs principū: & q̄ utranq̄
 aquilam tamq̄ de ecclesia romana benemeritas: oī gratia
 & clementia paterna prosequutura sit semper: ut consue-
 uit. Oratoris etiam persona plurimum cōmēdata: suæq̄
 sanctitati dum adhuc in minoribus fuisset gratissima: p̄
 cuius honore & cōplacētia multū se propensam obtulit

REGINE POLONIE COMENDATIO

Hys uerbis (si recte memini) facta.

¶ Serenissima regina Poloniæ re Bona & nomine: tan-
 q̄ filia obediens: uestram sanctitatem ut patrem clemē-
 tissimum. & patronū domus sue singularē: ac dominū
 suum colendissimū salutats: cuius benignitati solitæ: uni-
 ce se cōmēdat. ¶ Ad quæ etiam sua sanctitas cū quadā
 uultus iucunditate humanissime respondit: q̄ optime
 sit contenta de tam sanctissimo matrimonio: de quo nō
 possunt nisi optimi fructus prodire. Querens insuper:
 si optime ualeat: & quæ sit heredis desiderati expectatio
 Oratore ad singula opportune satisfaciente.

b

ILLVSTRI DOMINO ERASMO ROTHERODAMO
utriusq; litterature principi & Theologorum duci. Iacobus
Spiegel Selestadien Imperialis secretarius. S. P. D.

Ro inuictissimo Poloniae rege Sigismundo: q non mul-
tos ante annos & menses maxima uictoria in Hama-
xobitas (quos ipsi Moschos appellant) & Scythias
(quos Tartaros dicunt) potitus est. Reuerendissimus.
D. Erasmus uitellius episcopus Plocensis. singulari integritate ui-
te. rataq; doctrina. Romanaq; facundia insignis uel eo mihi nomi-
ne precipue colendus. q cognominis. de te perq; egregia frequen-
ter facit mentione Primam (ut aulicus aulico utar uerbo) audientia
coram Cesare. sacri Imperii electoribus oibus. & ceteris Germania-
rum principibus. pceribusq; obtinuit. Sic ornate. sic grauer ora-
uit. ut ad intima usq; p cordia auditorum. uehemetia sententiarum pene-
trauerit. pluresq; ad fletum concitauit. ei uero docto simul & facu-
do. oes docti & eloquentes palma tribuunt. Aderant enim uiri non
pauci. tum exquisite docti. tum in iudicando nares emunctissime.
Antistes Tergestinus Peutingerus. Huttenus. Bartholinus Spala-
tinus & Stabius ille in nullo doctrinae genere non uersatus. Henri-
cus Stromer medicus. & Laurentius Zochus iuriconsultus Car-
dinalis Maguntini florentissimi principis cancellarius. Igitur fa-
cta mihi primu p ceteris elegantissima huius oronis copia. Quia
digna multorum lectione uisa fuit eruditorum calculo. & ab oibus desi-
derata. imprimenda curau sub augusto tuo nomine. q oia pietate
sacra iure sibi uendicat. qua haud subducto supercilio accipere di-
gneris. No dubito quin ut audientibus lachrimas comouit. ita hac
eadem legentibus magis copiosas excutiet. & in rem christianam pro-
pensiores eorum animos reddet. Valere tecum bene Rhenanum uere bea-
tum cupio. quem animo meum circumfero. utriusq; fila uite quam maxime lon-
geua exopto. ut in dies magis ac magis felicibus auspiciis bone lit-
terae & maxime sacre refloreat. Huttenus q nihil est uisus. cecuti-
entibus popularis litterationis admiratoribus. Neminis nihil pepit.
Quem te Frobenio nostro publicandum iterum si tibi uisum fuerit trade-
re uelim. Mittam eius de uita aulica dialogum q primu pdierit in lu-
cem. Vale iterum ex Augusta Vindeliciae pridie kalendas. Septembris
Anno post partum uirginis matris. M. D. XVIII.

falsus beatus.

315

ORATIO AVGVSTAE HABITA PER

eundem plocen. antistitem in conuentu Imperiali co-
ram Maximiliano Cesare & omnibus sacri Impii
electoribus plurimisque Germania principibus
bus die Veneris. xx. Augusti An-
no. Domini. M. D. xviii.



VENIMVS A Rege nostro. sacratissi-
me Imperator ad hunc celeberrimum
Conuentu. que solita uigilantia tua pro
salute Christiani status Equae comenda-
te ut opportune. hoc loco. & tpe institue-
re curasti. Acturi. Marestatis. Regia. &
amplissimorum eius dominiorum. noie quae ad sancta expe-
ditione gnalem. contra immanissimos Thureas. toties p-
posita comode attinebunt. ¶ Quantu uero necessarie
sint. simulque cum uita oium nostru desideratissima ppa-
rationes iste Christianorum coadunatis uiribus. hostis au-
sta potetia testatur. la annos circiter septuagita post in-
felicem & calamitosam. Bisantii captionem. q pasula ad nos
hostibus ianuam pbuit. nihil aliud audimus. q clades atque
excidia continua Christianorum a Thureis. Et du oes ad re-
sistendum. ut par esset. consurgere negligimus. Tot princi-
pes cu subditis suis. tot Reges cu eorum populis. Tot dei
que Regna ditissima. cu magna iniuria religionis nre. &
maxima indignitate Christiani Impii. miserabiliter dele-
ta sunt. Quae singillatim enumerare. dolor pfecto me-
tore plenus phibet. Quandoquidem neque ea me referre.

quarta aphant & b.

abr

2

michae 7.

neque uos audire. sicis oculis liceret. Capita uiciumque de-
cerpam. Nonne uidemus Asiam uniuersam. que e tribus
orbis triangulis maior est. hiis & aliis infidelibus occu-
patam? Affricam fere totam. ipiis ac secleratis eorum manibus.
desolatam? Europe magna partem. tot incediis. & assiduis
uastationibus. debilitatam: & huculque dormitauimus. Sed
neque his contentus hostis. ut forcior fieret Egypti & Sy-
riæ regem: quem Soltthanum dicunt: aggressus superauit: Totius
que Syriæ & Egypti: ea uictoria (Sed & Ierosolimam nostram
ubi salus orta est) unicum se dominum constituit. Et al-
tero fere ipso. longe ante formidabilem potentiam suam: auxit.
Nos uero torpemus & bellis intestinis: plus insolenter quam ne-
cessario exagitati. gladiis nostris: domesticos fidei: aut poti-
us nos ipsos: detestanda malignitate confodimus. nec prophete
sapiens uerba: quæ aduersus nos tanquam Ethnicos cla-
mitant attenduntur. dignaque facinori supplicia annuntiant:
Ipsi (inquit) contra sanguinem suum insidiatur: & infra. Ego ue-
to: dum eis repentina ingruerit calamitas: non exaudiam. Pa-
rat nunc in christianos terra. marique arma sua. instat Turcha-
rum framea. capiti & collis nostris. & adhuc oscitamus: uixque
ad pacem mutuo amplectendam: tanta periculi magnitudi-
ne urgente. mentes componere uolumus. Leone sanctissi-
mo id dies noctesque curante. hortatur nos hostis. excitat
a somno. Comonefacit desides. Torpentes terret: dum iam
pridem ad hostia Tiberina: nunc uero ante paucos menses
circum Rahanati moenia. & hisce iam diebus: dum hic agi-
mus. iteque ad Ostia portus: ferro & sanguine debacha-
tus sit. Nos tamen satis sic uolentibus omnia hæc quæ ultimam

omnibus exitiū minantur ridiculū putamus: ut iā illud
 diui Petri naufragantis: dū sibi in fluctibus dexterā dari
 poposcit & meruit: dicere libeat. Salua nos dñe: pimus.
 ¶ Collegerat similē cōuentū se. re. charissimus genitor
 tuus post ī speratā Carniolę suę depopulationē: Multa
 illic in eam sententiā a uiris doctissimis declamata sunt:
 Multa etiā Prophetico quodā spiritu prædicta: nisi tūc
 instātibus: & euidentissimis periculis: aliter pūsum fuisset.
 Quæ oīa flebilis tandē effectus cōpleuit. Cum nul
 la consulta inuicē: & constituta nulla: suo ordine ut ne
 cessitas postulabat: debitæ executioni mandarentur. Et
 oīs rei benegerendæ cōmoditas: simul cum tpe amissa
 fuit turpiter: aut neglecta. Nunc itē Cesar iuictissime:
 pro dignitate & debito tuo conuentū hunc bono ceptū
 omine diligenter prosequis: ut labēti reipub. Christianæ
 efficaci opera subuenire possis. Et iuste quē sic enī chri
 stianorū Impator: repariter constabis & nomine: dū hii
 qui tuo sunt Impio: a Cesare suo: adiuti fuerint & defen
 si. Quā equidē deliberationē: multo iam tpe: pro cōna
 ta aī tui magnitudine conceperas. Qui annis his proxi
 mis: tres christianos Reges potētissimos: in Austrię tuę
 urbe primaria: tum splendide: tū honorifice tecū habue
 ris: foedereq; simul imaculata fide pūso: plura cum eis
 in rem Christianam: mutuis tractasti consiliis. Quod
 reuera pro singulari gloria tua: omnium ora passim
 predicare non desistent: pluresq; adamantinis scriptis
 perpetuare curabunt. Neq; enim parens tuus: neq;
 Cesares alii tantum actum: triumphis Octauii merito

mat. 9. 19

2

gitationes suas: Summoq; & uero pastore dignas: ad hoc
unū cōuertit: ut cōmuni potentia: tantis piculis: ultimū
iam iteritū secū ferētibus quātocius succurratur. Que
oīa dignissimi hii legati: Sanctitatis sue magis abunde
explicarunt. Recte gubernabāt populū dei. Moyses &
Aaron. Dauid & Nathan: Pluresq; Romani pontifices:
cū Impatoribus christianis: iuncta simul grā. utraq; po-
testas: Binū nobis reliq; gladiū. trāsiturus ad patrē. Sal-
uatot nr̄: Bina coluerunt elementa Perse, Ignē & aquā:
Duobus & nos saluamur. fide & ope. Curabis & tu Ce-
sar inclite. cū Leone sanctissimo: utroq; iūcto gladio: cri-
pere de faucibus inimicorum: & tot calamitatibus. oues
xp̄i: Inconsutilē enim tunicā suā repletatis: q̄ sub hoc
tpe uro. non absre profecto inuēta est. Adhibebit ignē
orōnis. & spiritū fortitudinis benedictū sacerdotiū: neq;
spēnsa deerit. Tu aquā nō gelidā: sed feruētissime defen-
sionis. cū regibus xp̄ianis. indefesse suggeres: fidēq; no-
strā & spē oīum: ope adimplebis. ut a ferocitate Turchi.
salui simus. unica nāq; est gloria. penates nr̄os. & Reli-
gionē in qua nati sumus tueri & defendere: pro q̄ iā. om-
nes maiores tui. tot Reges & Cesares. sanctorū nōnulli
Catholico ascripti: felices & candidissimi q̄ aīq; plura bel-
la in europa & asia. gloriose susceperūt. Qui semp ma-
gnanimitate ingenita. aliena q̄rere. nō sua amittere didi-
cerāt: Cognit nos natura misere. uiuimus demū tot onu-
sticulis. Et tanq̄ flos cito arefcimus. decidimus tādē &
morimur: Solus is diu uiuere phibetur: qui dū uita ex-
cesserit: perpetuā sui nominis. bene gestis aut factis. me-

ignē et aquā
de

de morte. nō timida

adagium de
morte.

Subū Imp
toris. M
mylinu

vox,

inoriā ppagauerit. Quo fit, ut adsumus absentes, mor-
tuisq; uiuamus. Tritū fuit adagiū apud ueteres pulchrū
mori, decorat uitā. Qd plurimi ut patriā cōseruassent
corpus simul & aīam deuouētes: uiuis effectibus com-
probarunt. Tu itidē sacratissime Impator, ut tui secretio-
res referunt priora de xpiano statu secū repetens: & futu-
ra ante oculos ponēs, mēte ut sit liberiore dicere soles:
nullum mortis genus te gratius excipere uelle, q̄ quod
in castris militatibus: cōtra infideles: ad uirētes capos fa-
liciter eueniret. O uirtus aī comēdatissima: sic corporis
robori tanti principis insita & cōiuncta. Nō hoīs profe-
cto deliberatio ista est: sed numinis uox quādā: & solo
digna Cæsare: dū nō lectū Eburneū, Nō sericeū pului-
nar, Nō auratū cubiculū, sed prata uirentia, & senū ru-
sticū pro delitiis regalibus exposcas: ut debito Impialis
quo tota xpianitati teneris: ingenue satisfacias: pro quo
tibi oēs: mētē sanā in corpore sano: uitæq; diuturnitatē
precabuntur. Et ut in hoc tā gloriolissimo pposito: aīo
incōcussio persistas: erectis in coelū palmis, attentius ora-
bunt. ¶ Sed iā factis res aggrediēda foret, constantiq;
pectore: sine oī ulteriore cunctatione psequēda: post tot
cōcilia & decreta multa. Post tot conuentus & exhorta-
tiones uarias: post tot instructiones & tractatus pluri-
mos: armis tandem non argumentis opus est. Iā enim
de his tam crebris, sed uanis aut nullis cōsultationibus
& preparamentis nostris (ut quidam Mediolanēlis ex
Turcia profugus nuper in cōspectu regis nostri retulit)
sepius dicit Thureus, admodum sublanantis, consulant
xpiani

xpian
indie
admo
Chri
tation
quāt
uita
tari,
Con
ignau
gigan
cis ce
stra o
matū
armis
cidan
& op
tali m
poter
lum
Cū S
partē
re po
tia: R
ne: pa
deliū
aduso
gis g

xpiani consulant, & ego facia. quod re ipsa. & stupendis
 indices uictoriis demonstrat. Nos si ueri xpiani sumus. que
 admodum Thureus in dedecus potius nostrum affirmat
 Christi fide, ad sanguinem usque. mente intrepida. non osten-
 tatione solum. sed affectibus sinceris obseruare. tueri. &
 quantum in nobis est manutenerere debemus. Quoad usque
 uita nostra christiano aduersabitur nemini? ut qui xpm imi-
 tari. pro xpo nos opponere Religionis uinculo arctamur?
 Contra eius legem. Contra oues suas. Contra ipsum xpm.
 ignauia. arrogantia. & excessibus nostris. in celum usque cum
 gigantibus. letiferas sagittas. impudenter dirigimus: De lo-
 cis certamus. publica negligentes Hostis uero nos. & no-
 stra omnia ac loca simul. deglutire contendit. Vnum hoc cõcla-
matum est, Turcas consiliis quibuscumque non conuertemus: si
armis non uincemus: quod diuini uerbi Cõcionatoribus elu-
cidanda relinquo. Quandoquidem multa nunc est messis.
 & operarii multi. ¶ Neque id deferreat: quod tam longo tempore: ori-
 tali impio. hostis crudelitas potita sit & desidia nostra. eius
 potentia sic increuerit: ut firmata esse uideatur. Ad occa-
 lum infueri uolenti, possibilia omnia & facillima conperiet:
 Cum Sarracenorum immanitas. Granatam & magnam hispanie
 partem. supra septingentos annos. hereditario admodum iu-
 re possederit. At ferdinandi Regis uictoriosissimi constan-
 tia: Reginaque Elizabeth deuotione: & suorum fortitudi-
 ne: paucis annis. non dum recuperata sunt omnia: sed tota infi-
 delium potentia: non a regni solum finibus abacta est. Verum
 ad usque inferiora mauritanie litora: cum perheni illius Re-
 gis gloria erecta. Ille uero propriis tantum uiribus: & uni-

Sarraceni
 700. annis
 Hispania

ea suorum manu strenue hæc gessit. Tu comune bellum para-
ras: & generalē (ut aiunt) expeditionē: tua opera, consilio:
& auspiciis, & regūq; oīum assensu, & horum prudentissi-
morū principū consilio (qui tuo lateri tanq̄ ualidissimæ
colūne adherēt) instituere debes. Quis oro: tot Regi-
bus & Principibus: tanq̄ numerosæ multitudini: resiste-
re poterit? dū & pacē exulatē multisq; ante seculis: inter
Christianos desideratā: nunc iā comodissime pro tui &
Leonis aī satisfactione restitutā uides: & nouo quoddā
quinquēnali foedere: cū oīum qui bonę uoluntatis sunt
gratitudine: firmatā intueris: ut nihil sit amplius: qđ ad
rem propositā, foeliciter gerēdā desit: aut qđ impedire pos-
sit. ¶ Non deerit uotis tuis: & Leonis sanctissi, Serenissi-
mus Rex n̄r cū oībus dominiis suis: & tota illa Septē-
trionis ora: mō bellis alijs qbus continuo ipetitū: finē
optatū imponere possit. Quos uero hostes regnū nostrū
habeat: & qbus difficultatibus, Rex ille bellicosissimus
detēatur: paucissimis explicabo: ne pijs auribus fastidii
prebeā offendiculū. Notū est hac ætate n̄ra: Sigismūdi
nomē celebre: longe lateq; plurimis uictorijs: fama re-
fertissima puolante. Nolo nūc Genealogiā & ortū claris-
simi regis texere: quę tuę celsitudini: & his oībus satis co-
gnita esse debent: Casimireæ domus est: q̄ regnare semp
didicit: & uincere: p̄sentia matura pulchritudine: & aspe-
ctu iucūdisimo decorā: tu nosti: ita ex oī parte cōpositā:
procereq; grauitati cōiunctā: ut ad Maiestātē ipsam: na-
ta esse uideatur. Hic auito paternoq; & fratrū regno: se-
patu uocante succedens: bello fortissimū, pace uero splē-

regi polo
gub. u. g. u.
sigism.

¶ Casimireæ domus regis polonie

didissimū: se prestitit: & reddit. Quippe qui incōparabi-
 li iusticia: clementia. & liberalitate: sic apud suos oēs cha-
 rus est: sic eorū affectus: aq̄tate: & mansuetudine: ac mo-
 destissimis legibus: in se deuinxit: ut iter tot bellorū tu-
 multus: nō qđ ex ueteri instituto solitū ē: sed qđ Rex ipse
 p̄cipit: aut nutu solo designat: illico a suis oībus: cū sum-
 ma aī alacritate pficitur. Quē profecto suprema laus re-
 gū est: dū quisq; subiectionis suae debitū: amore illectus
 non timore p̄cussus: serena fronte & libera exequitur: idq;
 efficit: ut dū Scythae fugaces (quos nostri Tartaros uo-
 cāt) subito interdū & īsp̄rate: fines n̄ros irruāt: mox no-
 bilitas e centro regni primaria: benignitati principis sa-
 tisfaciens: uitā propriā & salutē. mera ipsorum uirtute:
 deuouere: & in media usq; hostiū agmina. obicere non
 metuat: sp̄em reponēs firmissimā. in optimi regis muni-
 ficentia: qui benemerita cuiusq; dignis p̄æmiis excitare
 cōsuevit. ¶ Vrgetur nāq; multis hostibus regnū illud
 amplissimū: tribus a parte una, Scytharū ducibus potē-
 tissimis: multa Centena millia bellatorū, in statione cā-
 pestri secū ducētibus: q; se etiā Cæsares dicūt: uno Theo-
 dosiæ propinquo, post Boristenē, ad latus maris ponti-
 ci: in Taurica residente: alter circū Tanaym. & paludem
 Meotidē. loca tenet: & is in manibus regis ē: Tertii sunt
 remotiores, Asiatici: uastissimā intolerentes solitudinem,
 & latissimos: tenētes cāpos: hii oēs repētinis incursionib;
 bus: Regnū dep̄dari. & cōtinue defatigare nō cessant: fa-
 me. sitim. estū. & algorē ac oēm inediā cōtemnentes: Se

scythae
tartari

maloxo

Hostes
qui Robor

c ii

pius etiā turchis iuncti. Qui monocastū & Licostomū
occuparūt. maiora & horrēda dāna ur̄is inferūt: turcha
rū enim nutu Scythe oēs dependent. dū eadē Secta sit
Machometicis simul erroribus iplicata. E qbus plane
deprehēdi potest. facilius Catulos a maternis uberibus
q̄ tartaros a turchorū assistētia diuelli posse. Qui nūc
etiā cōtra regē Persarū. optatas uiginti millum Equitū.
suppetias tulerunt. de his Rex n̄r multas & insignes re-
portauit uictorias: ut arces & loca regni mūtissima ostē-
dunt. Quæ pacis tpe. pro sui nominis imortalitate. or-
natissime restaurat. Vbi Scytharū catenate acies. Late-
ricio in muris erigēdis certamine. quotidie cōgredi uidē-
tur. Est & alter hostis nō minor. ad rigētē Arcton, citra
mare glaciale cōsistens. Roxolanorū dux: quē nos Mos-
cum dicimus: sola pfidia & detestādo scismate famosus:
Is partē regni Lithuanorū uidelicet prouinciā, magno
etiam bellorū motu. turbat indies. Sed & hunc Rex n̄r
patrocinate iustitia. fudit sepius. eiusq̄ potentiā. trigin-
ta millibus in loco cæsis. profligauit: q̄ plurimis primori-
bus ad uincula coniectis: qui in oībus Lithuania castris
arctissima detinentur custodia. Multis etiam aliis capti-
uorū millibus. per uniuersum fere orbem uariis Chri-
stianorum principibus. Mancipiorum loco dono datis.
¶ Iamq̄ cruentum hoc bellū. decēnium superauit dū
sint qui eas discordias. seminent. cōcitent. & turpiter ale-
re non uerentur. Sed proh dolor: non pudet etiam Re-
ligionis professores: tantorū malorū auctores. & sacra

*Mer hostis
roxolanorū
Mosici,*

ruinosos,

*religionis professores iuncti
ad bella.*

esse: qu
irritan
Reges
inflām
deferu
bellorū
loquūt
eorum
eis secu
uero sa
pacand
te ut pa
uicissim
cunq̄ o
cari. & e
nem die
nostru
tū: suo
lem sus
te. Spe
nibus o
na huc
becilles
& debe
publica
mendat
ster. La

esse: qui litteris & nunciis. ad eam rem fouendā. magisq;
 irritandā. terra & mari: sursum ac deorsum cursitant: ut
 Reges & principes. alioquin forte quieturos. ad pugna
 inflāment. Salutis insigne: & candidā innocentie uestem
 deferunt: tanq̄ pacis amatores: & fratrum perniciē sitiūt:
 bellorumq; fomitē: & totam causam prestant. hii sunt: q
 loquūtur pacē cum proximo suo mala autē in cordibus
 eorum. Sed reuera deus fucis non illuditur. Breui nanq;
 eis secūdū nequitia adinventionū ipsorū retribuet. Tuā
 uero sacratissime integritatis studiū erga se: & statū suū
 pacandū cognitū habet Rex nr̄: pro qua beniuolentia:
 te ut parentē alterū: obseruat. ueneratur: & colit: uelleq;
 uicissim eius maiest. te oī opera & facultate eniti: ut qua
 cunq; occasione: & modis. tuā celsitudini mutuo gratifi
 cari. & eque fraternū officiū prestare possit. ¶ Et ut fi
 nem dictis iponam: his hostibus & qdē assiduis. Regnū
 nostrum: a tricētis pene annis premitur. Verū suo gre tā
 tū: suo milite: & maximis laboribus: totā hanc belli mo
 lem sustinuit: nemine Christianorū Principū suffragan
 te. Spe alebamus continua: & nudis semper pollicitatio
 nibus detinebamur: sumptibus & humeris nostris uici
 na hucusq; ocia fouebamus: ut iam tanq̄ defessi & im
 becilles. a maioribus impensis continere nos possemus:
 & deberemus merito. Nunc tamē ut priuatos affectus:
 publica uincat utilitas. Expeditionē hanc generalem cō
 mendat summo opere. & approbat: serenissimus Rex no
 ster. Laudat modū de colligendo neruo bellico: & exer

ps.

ad iungendo
rem fm v

300. mms. p
mitur polonia

itu congregando. Quem sanctissimus dominus ho-
ster & tuæ celsitudinis providentia constituit. Aliq; Re-
ges & Principes Christiani proponunt. Sed neq; de eo
pronûc Maiestati Regiã cû senatu & subditis suis: qe-
decernere potuisse: inter domesticas difficultates: & belli
tam occupationem: cum ea quam memini hostilitate:
quibus aliqua ex parte: ut cûq; cõpositis: & deliberatione
huius dignissimi conventus procedente: mox Maiesta-
tem suã & de collgẽdo nũmo: & describẽdo milite: in re-
gno & dominiis suis: itidẽ cõstituere uelle. Nec p̄termis-
turam quicq;: quę uires eius: ac Regni: & dominiõz suo-
rũ ferre poterint. Et quæ ad tã sanctũ: diuq; desideratũ
opus pertinebunt: dũmodo aliquãdo cũ effectu aliquo:
Christianę saluti consulatur: pro qua ut uerbis utar re-
gis: & thelauros oēs: & sanguinẽ ipsum cum uita: effun-
dere parata est. ¶ Perge igitur quo cepisti. sacratissime
Impator: & tot ac tantis gloriosissimis triũphis tuis: uni-
cũ hunc: qui cunctos alios superabit: apponere cõtende
ut utriusq; Impii habenas. Christiani oēs: te moderantẽ
aspiciant: & letentur. Vinctes p̄cudubio in signo crucis:
hostes teterrimos. profligabis cũ tanto apparatu & om-
nium potentia. Turchas impios. exterminabis cũ Leo-
ne sanctissimo & tot Regibus spurcissimos infideles: &
ad ultimos usq; fines terrę tanq̄ Christo alienos propul-
sabis: ut qui te Augustum in Augusta tua. & mēse hoc
Augusti: Augustæ comperimus: post multas de infide-
libus partas uictorias: Machometiq; deletõ nomine.

Augu
& dirig
to atte
co: & i

C

Ad
nate

Eraf
dria

321

Augustissimum tandem uideamus. Iter autem parabit
& diriget dominus: cuius res agitur. Carmine Propheti
co attestante. Reuela domino uiam tuam: & spera in
eo: & ipse faciet. .p. 36.

F I N I S.

Assistebant eidem magnifici duo alii oratores:
D. Raphael castellanus lendensis & Bo-
guflaus lituaniae marschalcus.

Aderant in hoc conuentu tres Reuerendis. D. Cardi-
nales: Caietanus: Gurcensis: & Maguntinus. Plu-
resq; Regum Oratores: & omnes fere Ger-
maniae Duces: cum magna parte Episco-
porum & nobilitatis suae primarię.

Qualis in Imperio supra tri-
ginta annos uisus
non est.

Impressum Romae per Iacobum Mazo-
chium Anno domini. M. cccc. xix.
die. xxvii. Mensis Ianuarii

*Erasmus ipse Romae diem suum obiit, Ha-
driano .vi. Lon^{ca}, sepultus ad Marię a ppto,*

Imprimatur...
et singulis...
et singulis...

FINIS

Imprimatur...
et singulis...

Imprimatur...
et singulis...

Imprimatur...
et singulis...

Imprimatur...
et singulis...

Imprimatur...
et singulis...

Imprimatur...
et singulis...